



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXV. De tristitia, seu dolore, secundum se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. XXXV.

ARTIC. I. AYO

L.10. metu. colorum in principiis & 4^o pio queat. querit utrum delectatio sit mensura secundum quam iudicetur: hic uero absolute, utrum sit mensura, quasi ibi primitatem in cognoscendo, hinc in effendo insinuas. Et in corpore articuli, mensuram secundum cognitionem & iudicium determinat respirationis rationibus uero ad prius & ultimum, causitate finalem quodammodo ei tribuit.

REXT. 4. TO. 3.

4.5. post me dium, to. 5.

* Sup. illud verb. Psalmi 10. 8.

Ca. II. I prim. tom. 5.

q. 10. art. 1.

operabilibus habet rationem principii, a quo maxime sumitur iudicium, sicut a regula uel mensura.

A D S E C V N D V M dicendum, quod omnis delectatio in hoc est uniformis, quod est quies in aliquo

in ro.* Meta. sed delectatio non est F primū in genere moralium, sed praecedunt ipsam amor & desiderium. non ergo est regula bonitatis & malitia in moralibus.

¶ 2 Prat. Mensuram & regulam oportet esse uniformem: & ideo motus, qui est maxime uniformis, est mensura & regula omnium mortuum, ut dicitur in 10.* Meta. sed delectatio est uaria & multiformalis, cū quedam carū sint bona, & quædam mala. ergo delectatio non est mensura & regula moralium.

¶ 3 Prat. Certius iudicium sumitur de effectu per causam, quā ecō uerlo: sed bonitas, uel malitia operationis est causa bonitatis, uel malitiae delectationis, quia bona delectationes sunt quae consequuntur bonas operations, mala autem quae mala, ut dicitur in 10.* Eth. ergo delectationes non sunt regula & mensura bonitatis, & malitiae in moralibus.

SED CONTRA est, quod * Aug. dicit super illud Psalm. 7. Scrutas corda & renes Deus, Finis curæ & cognitionis est delectatio, ad quam quis nititur peruenire. Et Philosophus dicit in 7. † Ethic. qd delectatio est finis architectorū, id est, principalis, ad quam respicientes, unumquodque hoc quidem malum, hoc autem malum, simpliciter dicimus.

RESPON. Dicendum, quod bonitas uel malitia moralis principaliiter in uoluntate consistit, ut supra dictum est; utrum autem uoluntas sit bona, uel mala, praecipue ex fine cognoscitur: id autem habetur pro fine, in quo uoluntas quiescit: quies autem uoluntas, & cuiuslibet appetitus in bono, est delectatio: & ideo secundum delectationem uoluntatis humanæ præcipue iudicatur homo bonus, uel malus. Est. n. bonus & uirtuosus, qui gaudet in operibus uirtutum: malus autem, qui in operibus malis. Delectationes autem appetitus sensitivi non sunt regula bonitatis, uel malitiae moralis: nam cibus communiter delectabilis est secundum appetitum sensituum K bonis & malis: sed uoluntas bonorum delectatur in eis secundum conuenientiam rationis, quā non curat uoluntas malorum.

A D P R I M V M ergo dicendum, quod amor & desiderium sunt priora delectatione in via generationis: sed delectatio est prior secundum rationem finis, qui in

numeris in causa & causa, unde hoc nihil obstat proposito:

sicut nec bonitatis actus exterioris & interioris.

bono: & secundum hoc potest esse regula uel mensura. Nam ille bonus est, cuius uoluntas quiescit in uero bono: malus autem cuius uoluntas quietescit in malo.

A D T E R T I V M Dicendum, quod cum delectatio perficiat operationem per modum finis, ut supra dictum est, non potest esse operatio perfecte bona, nisi etiam adficit delectatio in bono: nam bonitati pendet ex fine, & sic quodammodo bonitas delectationis est causa bonitatis in operatione.

Q V A E S T I O N E XXV.

De dolore, seu tristitia secundum se, in octo articulos divisâ.

E INDE considerandum est de dolore, & tristitia.

¶ Et circa hoc primo considerandum est de tristitia, seu dolore secundum se. Secundum, de causis eius.

Tertiò, de bonitate, uel malitia eius.

C IV C A primum queruntur octo.

¶ Primò, Vtrum dolor sit passio animæ.

¶ Secundò, Vtrum tristitia sit idem quod dolor.

¶ Tertiò, Vtrum tristitia, seu dolor sit contraria delectationi.

¶ Quartò, Vtrum oīs tristitia oī delectationi contrarie.

¶ Quintò, Vtrum delectationi contemplationis sit alia tristitia contraria.

¶ Sextò, Vtrum magis fugienda sit tristitia, quā delectatio appetenda.

¶ Septimò, Vtrum dolor exterior sit maior, quam dolor interior.

¶ Octauò, De speciebus tristitiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dolor sit passio animæ.

A D P R I M V M sic pcedif. Vr. qd dolor non sit passio animæ. Nullan passio animæ in corpore: sed dolor poteē in corpore. dicit. n. Aug. in li. de uera relig. qd dolor, qui dī corporis, est corruptio repentina salutis ciuii rei, quam male uento anima corruptioni obnoxiauit ergo dolor non est passio animæ.

¶ 2 Prat. Oī passio animæ pertinet ad uitam appetitivam: sed dolor non pertinet ad uitam appetitivam, sed magis apprehensiuam. dicit. n. Aug. in li. de natura boni, qd dolor in corpore facit sensus resistens corpori potentiori. ergo dolor non est passio animæ.

¶ 3 Prat. Omnis passio animæ pertinet ad appetitum animalium, sed dolor non pertinet ad appetitum animalium, sed magis ad appetitum naturale. dicit. n. Aug. 8. super Genes. ad literam: Nisi aliquod bonum remansisset in natura, nullius boni amissi esset dolor in pæna. ergo dolor non est passio animæ.

SED CONTRA est, qd Aug. 14. de ciuit. Dei, ponit dolor rem inter passiones animæ, inducens illud Virgil. Hinc cmetuum, cupiunt, gaudentque, dolentque.

RESPON. Dicendum, qd sicut ad delectationem duo requiruntur. scilicet coniunctio boni, & perceptio huiusmodi coniunctionis: ita et ad dolorem duo reguntur. scilicet coniunctio alicuius mali, quod ea ratione est malum, quia priuat aliquid boni, & pceptio huiusmodi coniunctionis. Quicquid autem coniungitur, si non habeat respectu eius cui coniungitur, ratione boni uel mali, non potest causare delectationem, uel dolorem. ex quo patet, quod aliiquid sub ratione boni, uel ma-

hie est obiectum delectationis & doloris. Bonum autem & malum in quantum huius, sunt obiecta appetitus. unde patet quod delectatio, & dolor ad appetitum pertinent: omnis autem motus appetitus, seu inclinatio consequens apprehensionem pertinet ad appetitum intellectuum, vel sensituum: nam inclinatio appetitus naturalis non consequitur apprehensionem ipsius appetitus, sed alterius, ut in dictum est: Cum igitur delectatio & dolor presupponant in eodem subiecto sensum, vel apprehensionem aliquam, manifestum est, quod dolor sicut & delectatio, est in appetitu intellectu, vel sensitivo. Omnis autem motus appetitus sensitivi dicitur passio, ut supra dictum est: & praecepit illi, qui in defectum sonant, unde dolor secundum quod est in appetitu sensitivo, propriissime dicitur passio anima: sicut molestia corporalis proprie passiones corporis dicuntur. unde & Aug. 14. de ciuitate Dei, dolorem specialiter agritudinem nominat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod dolor differt a corpore: quia causa doloris est in corpore, puta, cum patimur aliquid nocium corporis: sed motus doloris semper est in anima: nam corpus non potest dolere nisi dolente anima, ut Aug. dicit.

AD SECUNDUM Dicendum, quod dolor differt a sensu, non quia sit actus sensitivae virtutis, sed quia requirit ad dolor corporalem, sicut ad delectationem.

AD TERTIUM Dicendum, quod dolor de amissione boni demonstrat bonitatem naturae, non quia dolor sit actus naturalis appetitus, sed quia natura aliquid appetit ut bonum, quod cum remoueri sensitur, sequitur doloris passio in appetitu sensitivo.

ARTICVLVS II.

Vtrum tristitia sit idem, quod dolor.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod tristitia non sit dolor. Dicit n. Au. 14. de ciuitate Dei quod dolor in corporibus differt, tristitia autem differt in anima: ergo tristitia non est dolor.

¶ 2 Prat. Dolor non est nisi de praesenti malo: sed tristitia potest esse de praeterito & de futuro, sicut penitentia est tristitia de praeterito, & anxietas de futuro: ergo tristitia omnino a dolore differt.

¶ 3 Prat. Dolor non uidetur consequi nisi sensum tactus: sed tristitia potest consequi ex omnibus sensibus: ergo tristitia non est dolor: sed se habet in pluribus.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Ro. 9. Tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo pro codem utens tristitia & dolore.

RESPON. Dicendum, quod delectatio & dolor ex duplice apprehensione caufari possunt, vel ex apprehensione exterioris sensus, vel ex apprehensione interiori sive intellectus, sive imaginationis. Interior autem apprehensione ad plura se extendit quam exterior, eo quod quaquecumque cadunt sub exteriori apprehensione cadunt sub interiori, sed non econuerso. Sola igitur illa delectatio, qua ex interiori apprehensione caufatur, gaudium nominatur, ut supra dictum est: & similiter ille solus dolor, qui ex apprehensione interiori caufatur, nominatur tristitia. Et sicut illa delectatio, qua ex exteriori apprehensione caufatur, delectatio quidem nominatur, non autem gaudium, ita ille dolor, qui ex exteriori apprehensione caufatur, nominatur quidem dolor, non autem tristitia. Sic igitur tristitia est quaedam species doloris, sicut gaudium delectationis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Au. loquitur

ibi quantum ad usum vocabuli, quia dolor magis usitur in corporalibus doloribus, qui sunt magis noti, quam in doloribus spiritualibus.

AD SECUNDVM Dicendum, quod sensus exterior non percipit nisi praesens, uis autem cognitiva interior potest percipere praesens praeteritum, & futurum: & iusta tristitia potest esse de praesenti, praeterito, & futuro: dolor autem corporalis, qui sequitur apprehensionem sensus exterioris, non potest esse nisi de praesenti.

AD TERTIUM Dicendum, quod sensibilia tactus sunt dolorosa, non solum in quantum sunt improportionata uirtute apprehensione, sed etiam in quantum contrariantur naturae: aliorum uero sensuum sensibilia possunt quidem esse improportionata uirtuti apprehensione, non tamen contrariantur naturae, nisi in ordine ad sensibilia tactus. unde solus homo, qui est animal perfectum in cognitione, delectatur in sensibilibus aliorum sensuum secundum seipsum: alia uero animalia non delectantur in eis, nisi in quod referunt ad sensibilia tactus, ut in 3. Eth. & ideo cito, 2. med. de sensibilibus aliorum sensuum non differt eorum, sed magis tristitia, quam contrariantur gaudio animali. Sic igitur si dolor accipiat pro corporali dolore, quod uisitatus est, dolor ex opposito dividitur contra tristitiam secundum distinctionem apprehensionis interioris & exterioris, licet quantum ad obiecta, delectatio ad plura se extenda de quod dolor corporalis. Si uero dolor accipiat coiter, sic est genus tristitiae, ut supra dictum est.

In corp. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum tristitia, seu dolor, sit contraria delectationi.

AD TERTIUM sic proceditur. Vnde, quod dolor delectationi non contrarietur. Vnum non contrariorum non est enim alterius: sed tristitia potest esse causa delectationis, differt enim Mat. 5. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur: ergo non sunt contraria.

¶ 2 Prat. Vnum contrariorum non denominat aliud: sed in quibusdam ipse dolor, vel tristitia est delectabilis, sicut Aug. dicit in 3. Conf. quod dolor in spectaculis delectat. Et 4. Cofel. dicit quod flet amara res est, & tunc quoniam delectat. ergo dolor non contraria delectationi.

¶ 3 Prat. Vnum contrariorum non est materia alterius, quia contraria simul et non possunt: sed dolor potest esse materia delectationis: dicit n. Aug. in lib. de penitentia. Semper penitentia dolet, & de dolore gaudeat. & Philosophus dicit in 9. Eth. quod eodem verso malus dolet de eo, quod delectatus est: ergo delectatio & dolor non sunt contraria.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 14. de ciuitate Dei, quod letitia est uoluntas in eorum consensione quam uolumus: tristitia autem est uoluntas in dissensione ab his quam uolumus: sed consentire, & dissentire sunt contraria; ergo letitia, & tristitia sunt contraria.

RESPON. Dicendum, quod sicut Philosophus dicit 10. Metaph. Contrarietas est differentia secundum formam, formam autem, seu speciem passionis & motus sumitur ex obiecto, vel termino. unde cum obiecta delectationis, & tristitiae, seu doloris sunt contraria, sicut bonum praesens, & malum praefens, sequitur quod dolor & delectatio sunt contraria.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nihil prohibet unum contrariorum esse causam alterius per accidens; sicut autem tristitia potest esse causa delectationis. Vnde quidem modis, in quantum tristitia de absentia alicuius rei, vel de presentia contraria, uel hemeretius quod id in quo dicitur, sicut sities uel hemeretius quod delectationem potest,

Li. 10. meta. text. 13. & 14. to. 3.

tus, ut remedium contra tristitiam quam patitur. Alio modo, in quantum ex magno desiderio delectationis aliquis non recusat aliquis tristitias preferre, ut ad illam delectationem perueniat. & utroque modo lucus presentis ad consolationem futuram uitam perducit: quia ex hoc ipso propter hoc propeccatis, vel pro dilatione gloriarum, meretur consolationem aeternam. Similiter meretur etiam aliquis ex hoc, quod ad ipsam consequendam non refutat labores & angustias propter ipsam sustinere.

A D S E C U N D U M dicendum, quod dolor ipse potest esse delectabilis per accidens, in quantum, si habet aliam admirationem, ut in spectaculis, vel in quantum facit recordationem rei amatae, & facit percipere amorem eius, de cuius absentia doletur. Vnde cum amor sit delectabilis, & dolor, & omnia quae ex amore consequuntur, in quantum in eis sentitur amor, sunt delectabilia: & propter hoc etiam dolores in spectaculis possunt esse delectabiles, in quantum in eis sentitur aliquis amor conceptus ad illos, qui in spectaculis commemorantur.

A D T H I C U M dicendum, quod noluntas & ratio supra suos actus reflectantur, in quantum ipsis actibus voluntatis & rationis accipiuntur sub ratione boni, vel mali: & hoc modo tristitia potest esse materia delectationis, vel econuerfo, non per se, sed per accidens, in quantum scilicet utrumque accipitur in ratione boni vel mali.

¶ Super Questionis tri-
gesimaquinta articu-
lum quartum.

O missis primis tribus articulis quae, trigeminus quin cor. si. & 38. te, circa quartum art. ad pri- duo occurrit adver- 46. art. 8. ad tenda. Primum est, q. 2. Et. 4. diff. author non loquitur 14. q. 1. ar. 4. hic de absolute, ut q. 2. cor.

distinguunt contra relativa, sed determinas seipsum de quali absolute interedit, scilicet specificatione ab extrinseco, quod qualiter intelligatur, in prima parte dictum diffuse est. Secundum est, quod author posuit intemperiam & iniuriam sub absolute, non quia non ipse specificatur ab extrinseco, cum sint actus aut habitus, s. 11.7. ethi. cap. ult. 10.5.

¶ 2. Præterea. Medicina per contraria sunt: sed quilibet delectatio est medicina contra qualibet tristitia, ut patet per Philos in 7.* Ethi. ergo quilibet delectatio cuilibet tristitia contrariatur.

¶ 3. Præterea. Contraria sunt, quæ se in nichil impediunt, sed quilibet tristitia impedit qualibet delectationem, ut patet per illud quod dicitur in 8.* Ethi. ergo quilibet tristitia cuilibet delectationi contrariatur.

S E D C O N T R A . Contrariorum non est eadem causa: sed ab eodem habitu procedit, quod aliquis gaudeat de uno, & tristetur de opposito. ex charitate enim contingit gaudere cum gaudientibus, & flere cum fletibus, ut dicitur in 10. ergo non omnis tristitia omni delectationi contrariatur.

R E S P O N . Dicendum, quod sicut dicitur in 10.* Me-

raph. Contrarietas est differentia secundum formam, forma autem est & generalis, & specialis. vnde contingit esse aliqua contraria secundum formam generis, sicut uirtus & uitium, & secundum formam speciei, sicut iustitia & iniquitas. Est autem considerandum, quod quaedam specificantur secundum formas absolutas, sicut substantiae & qualitates, quaedam uero specificantur

per comparationem ad aliquid extra, sicut passiones & motus recipiunt speciem ex terminis, sive ex obiectis. In his ergo, quorum species considerantur secundum formas absolutas, contingit quidem, spes, quae continentur sub contraria generibus, non esse contrarias secundum rationem speciei: non tamen contingit, quod habeant aliquam affinitatem vel conuenientiam ad inuidem. Intemperantur & iustitia, quod sunt in contraria generibus, uirtute, & uitio, non contrariantur adiuicem. In rationem propriam speciei, nec habent aliquam affinitatem, vel conuenientiam ad inuidem. Sed in illis, quorum ipses sumuntur secundum habitudinem ad aliquid extrinsecum, contingit quod ipses contraria genera non solum non contraria adiuicem, sed et habent quandam conuenientiam & affinitatem, eo quod eadem modo se habere ad contraria, contrarietatem inducit: sicut accedere ad albo, & accedere ad nigrum, hanc rationem contrarietatis, sed contrario modo se habere ad contraria hanc rationem similitudinis, sicut recessere ab albo, & accedere ad nigrum: & hoc maxime apparet in contradictione, quod est principium oppositionis. Nam in affirmacione & negatione eiusdem consistit oppositio, sicut album & non album: in affirmatione autem unus oppositor, & negatione alterius attenditur conuenientia & similitudo, ut si dicatur nigrum, & non albu. Tristitia autem & delectatio, cum surpassione, specificatur ex obiectis, & quod est genus suum contrarietatis ha-

bitu, non unum pertinet ad pfectuationem, aliud uero ad fugam, quod se habent in appetitu, sicut affirmatio & negatio in ratione, ut dicitur in 6.* Ethi. Et ideo tristitia & delectatio, quod sunt de eodem, habent oppositionem adiuicem secundum spem; tristitia uero & delectatio de diuersis. si quod illa diuersa non sunt diuersa opposita, sed dispartata, non habent oppositionem adiuicem secundum rationem spes, sed sunt est disparata, sicut tristitia de morte amici, & delectari in contemplatione. Si uero illa diuersa sunt contraria, tunc delectatio & tristitia non solum non habent contrarietatem secundum rationem speciei, sed etiam habent conuenientiam & affinitatem, sicut gaudere de bono, & tristari de malo.

A D Q U A R T U M ergo dicendum, quod albedo & nigredo non habent spem ex habitudine ad aliquid extrinsecum, sicut delectatio & tristitia: vnde non est eadem ratio.

A D T H I C U M dicendum, quod genus sumuntur ex materia, ut patet in 8.* Met. in accidentibus autem loco materia est subiectum. * Dicitur est autem quod delectatio & tristitia contrariantur secundum genus: & ideo in quilibet tristitia est contraria dispositio: sicut in delectatione appetitus se habet ut acceptans id quod habet: in quilibet autem tristitia se habet ut fugiens. & ideo ex parte subiecti quilibet delectatio est medicina contra qualibet tristitiam, & quilibet tristitia est impeditiva cuiuslibet delectationis, præcipue tamen quod delectatio tristitia contrariatur est secundum spem. Vnde patet solutio ad tertium. Vel aliter dicendum, quod et si non omnis tristitia contrariatur omni delectationi secundum speciem, tamen quantum ad effectum contrariatur: nam ex uno confortatur natura animalis: ex alio, uero quodammodo molestatur.

ARTICULUS V.

Vnde delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria.

A D Q U A R T U M sic proceditur. Vnde quod delectationi contemplationis sit aliqua tristitia con-

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
fraria dicit enim Apost. 2. ad Cor. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, penitentiam in salutem stabilem operatur: sed respicere ad Deum pertinet ad superiori remissionem, cuius est contemplationi uacare, secundum Aug. in 12. de* Trinit. ergo delectationi contemplationis opponitur tristitia.

lib. 15. met.
exx. 5. 10. 3.
¶ 2 Prat. Contrariorum contraria sunt effectus. si ergo unum contrariorum contemplatum est causa delectationis, aliud erit causa tristitiae: & sic, delectationi contemplationis erit tristitia contaria.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
¶ 3 Prat. Sicut obiectum delectationis est bonum, ita obiectum tristitiae est malum: sed contemplatio potest habere malum rationem: dicit enim Philosop.

in 12. Met. quod quædam inconueniens est meditari. ergo contemplationis delectationi potest esse contra tristitia.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
¶ 4 Prat. Operatio qualibet, secundum quod non est impedita, est causa delectationis, ut dicitur in 7.

& 10. & Eth. sed operatio contemplationis potest mul-

tipliciter impediri uel ut roraliter non sit, vel ut cum difficultate sit, ergo in contemplatione potest esse tristitia delectationi contraria.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
¶ 5 Prat. Carnis afflictio est causa tristitiae: sed sicut dicitur Eccl. ultimò, Frequens meditatio, carnis est afflictio. ergo contemplatio habet tristitiam delectationi contraria.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
SED CONTRA est, quod dicitur Sapient. 8. Non habet amaritudinem conueratio illius, scilicet sapientie, necepsum conuietus eius, sed lætitiam & gaudium, conueratio autem & conuietus sapientie est per contemplationem. ergo nulla tristitia est, quæ sit contraria delectationi contemplationis.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
RESPON. Dicendum, qd delectatio contemplationis potest intelligi dupliciter. Vno modo ita, qd contemplatio sit delectationis causa, & non obiectum, & tunc delectatio non est de ipsa contemplatione, sed de contemplata. Contingit autem contemplari aliquid nocitum & contritans, sicut & aliquid conueniens & delectans: unde si sic delectatio contemplationis accipiat, nihil prohibet delectationi contemplationis esse tristitia contraria. Alio modo potest dici delectatio contemplationis quia contemplatio est eius obiectum & causa, puta, cum aliquis delectatur de hoc ipso quod contemplatur. & sic ut dicit Grego Nyssen. ei delectationi, qd est secundum contemplationem, non opponitur aliqua tristitia: & hoc idem Philosphorus dicit in 1. Topi. & in 10. Eth. sed hoc est intelligendum per se loquendo, cuias ratio est, quia tristitia per se contrariatur delectationi, quæ est de contrario obiecto: sicut delectationi, quæ est de calore, contrariatur tristitia quæ est de frigore. Obiecto autem contemplationis nihil est contrarium. contrariorum enim ratios, secundum quod sunt apprehensiones, non sunt contrarie, sed unum contrarium est ratio cognoscendi aliud, unde delectationi, quæ est in contemplando, per se loquendo, non potest esse aliqua tristitia contraria, sed nec etiam habet tristitiam annum, sicut corporales delectationes, quæ sunt ut me dicine quædam cōtra alias molestias, sicut talis delectatur in potu ex hoc, qd anxiatur sit: qd autem tota sitis est repulsa, etiam cessat delectatio poti. Delectatio enim contemplationis non catur ex hoc, qd excluditur aliqua molestia, sed ex hoc qd est in seipsum delectabilis: non est in generatio, ut dictu est, * sed operatio quædam perfecta. Per accidens autem admiscetur tristitia delectationi apprehensionis, & hoc dupliciter. Vno modo, ex parte organi, alio modo ex impedimentoo apprehensionis. Ex parte quidem

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
A organi, admiscetur tristitia uel dolor apprehensioni, directe quidem in uiribus apprehensivis sensiti uę partis, quę habent organum corporale, uel ex sensibili, qd est contrarium debita complexioni organi: sicut gustus rei amaræ, & olfactus rei foetidae: uel ex continuitate sensibili conuenientis, qd per assiduitatem facit superexcrescentiam naturalis habitus, ut supra dictu est: & sic redditur apprehensio sensibilis, qd prius erat delectabilis, tædiosa. sed hæc duo directe in contemplatione mentis locu non hæc: qd in arg. Sed mens non hæc organum corporale: un* dictum est contra.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
in 12. de* Trinit. ergo delectationi contemplationis, non contrariatur delectationi contemplationis, sed magis hæc affinitate & conuenientia cum ipsa, ut ex * ar. preced.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
¶ 6 Prat. Tertia uero, uel afflictio qd est de laetitudine corporali, non ad id genus referrur, un* est penitus disparata: & sic manifestum est, qd delectationi, quæ est de ipsa contemplatione, nulla tristitia contrariatur, nec adiungit ei aliqua tristitia, nisi p. accidens.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
AD PRIMVM ergo dicendum, qd illa tristitia quæ est secundū Deū, nō est de ipsa contemplatione mētis, sed est de aliquo, qd mēs contemplatur. s. de peccato, qd mēs considerat ut contrariū delectationi diuinæ.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
AD SECUNDVM dicendum, qd ea quæ sunt contraria in rerum natura, secundum qd sunt in mēte, non hæc contrarietatem. Non nō rōnes contrariū sunt contraria, sed magis unum contrariū est rō cognoscendi aliud, pp qd est una scientia contrariorū.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
AD TERTIVM dicendum, qd contemplatio secundum se, nunq hæc rōnem mali, cum contemplatio nihil aliud sit quam consideratio ueri, quod est bonum intellectus, sed per accidens tñ, in quantum, s. contemplatio uilioris impedit contemplationem melioris, uel ex parte rei contemplatae, ad quam in ordinata appetitus afficitur.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
D AD IIII. dicendum, quod tristitia qd est de impedimentoo contemplationis, non contrariatur delectatio tñi contemplationis, sed est ei affinis, ut * dictu est. in corp. ar.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
AD 5 dicēdū, quod afflictio carnis, p. accidens, & i. directe se hæc ad contemplationē mētis, ut * dictu est. in corp. ar.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
C

ARTICVLVS VI.

Vtrum magis sit fugienda tristitia quam delectatio appetenda.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod magis sit fugienda tristitia, quam delectatio appeteda. Dicit n. Aug. in li. 83. * quæst. Nemo est qui non magis dolorem fugiat, quam appetat uoluptatem. Illud autem, qd quo cōriter oīa consentiunt, uidetur esse naturale. ergo naturale est & cōueniens, qd plus tristitia fugiatur quam delectatio appetatur.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
¶ 2 Prat. Actio contrarii facit ad uelocitatē & intēsionem motus. Aqua n. calida citius & fortius cōgelatur, ut dicit Phil. Ili. † Meteo. sed fuga tristitiae est ex

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
Super quest. trigessima quinta articulū sextum.

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
Articulo quinto omisso, circa lectum eiusdem questionis aduerte, quod superius in q. 3. ad. 3. Et 4. 29. articulo tertio, ubi odium comparatum est amoris in fortitudine, duas rationes dicuntur, quare per accidens odium est fortius amore, scilicet ex sensu, & mala conjugatione. hic autem cum comparatur delectatio tristitiae, tres rationes afferuntur, scilicet ex sensu, ex lib. i. summa malâ conjugatione, & ex

lib. 15. c. 3. 4.
2. 4. 10. 3.
3. 2. q. 1. 3. 2. 1. corp. Et 3. di. 27. q. 1. ar. 3. ad. 3. Et 4. 3. q. 3. 3. 2. tom. 4. li. 83. q. 16. paul. fortitudine, duas post plia.

& ex effectu, ut patet in litera: quoniam non experimur odiū ita impedit amore omnem, sicut tristitia delectationem: quoniam nec amor ita confortat naturam, sicut delectatio, nec odium debilitat illā sicut tristitia.

In responsione ad secundum aduerte, q̄ motus ab extrinseco ex parte actuum est fortior in principio ex ratione contrarietatis, qua uniquidque & seipsum imprimere, & opposito contrarianti obesse re nititur: & hoc intendit litera. Et ex hoc sequitur q̄ tristitia coniunctum fortius agit, utpote contrarium, & consequenter magis sentitur priuatio delectabilis, quā sentiebatur ipsius coniunctio: & sic per accidentem, uehementius fugitur tristitia, quam acceptabatur delectatio, ratione tamen cuius h̄c fugitur. ex parte autem patientis, motus ab extrinseco debet esse minor in principio, quia magis contrariatur in principio.

^{*Cap. 3. non procul a fine, tom. 3.}

^{*p. 24. a me dio.}

^{*e. g. non remane a fine, tom. 6.}

tingit autem aliquid bonum esse conueniens absq; omni dissonantia: nō autem potest esse aliquid malum totaliter absque omni conuenientia repugnans. unde delectatio potest esse integra & perfecta, tristitia autem est semper secundum partem: unde naturaliter maior est appetitus delectationis, quam fuga tristitia. Alia uero ratio est: quia bonum, quod est obiectum delectationis, per seipsum appetitur: malum autem quod est obiectum tristitia, est fugendum in quantum est priuatio boni. quod autem est per se, potius est illo quod est per accidentem: cuius est signum apparel in motibus naturalib. Nam omnis motus naturalis int̄erior est in fine, cum appropinquat ad terminum sua natura conuenientia, quā in principio, cum recedit a termino suę naturę non conuenienti, quasi natura magis tendat in id quod est sibi conueniens, quam fugiat id quod est sibi repugnans: unde & inclinatio appetitiū a virtutis per se loquendo, uehementius tendit in delectationem quam fugit tristitiam. Sed per accidentē contingit, q̄ tristitiam aliquis magis fugit, quam delectationem appetat, & hoc tripliciter. Primo quidem ex parte apprehensionis: quia ut Au. dicit 10. de* Tri. amor magis sentitur, cū eum prodit indigentia. ex indigenia autem amati procedit tristitia, qua est ex amissione alicuius boni amati, uel ex incursum alicuius mali contrarii. delectatio autem non h̄t indigentiam boni amati, sed quieticit in eo iam adepto. Cū igitur amor sit causa delectationis & tristitiae, in tanto magis fugitur tristitia, quanto magis sentitur amor ex eo, quod contrariatur amori. Secundo ex parte cause contrastantis, uel dolorem inferentis, quae repugnat bono magis amato, quam sit bonum illud, in

contrarietate contrastantis: appetitus autem delectationis non est ex aliqua contrarietate contrastantis, sed magis procedit ex conuenientia delectantis. ergo maior est fuga tristitia, quam appetitus delectationis.

^G ¶ 3 Pr̄t. Quantò aliquis secundū rōne fortiori passioni repugnat, tantò laudabilior est & uirtuosior: quia uirtus est circa difficile & bonus, ut dicitur in 2. Eth. * sed fortis qui resistit motui, quo fugitur dolor, est uirtuosior, quam temperatus qui resistit motui, quo appetitus delectatio. dicit enim Philosophus in 1. Rhet. quid forte & iusti maximè honorantur. ergo uehementior est motus, quo fugitur tristitia, quam motus quo appetitus delectatio.

^H SED CONTRA. Bonum est fortius quam malum, ut patet per Dio. 4. c. de* diu. no. sed delectatio est appetibilis propter bonum qd est eius obiectum: fuga autem tristitia est propter malum: ergo fortior est appetitus delectationis, quam fuga tristitia.

RESPON. Dicendum, quod per se loquendo, appetitus delectationis est fortior quam fuga tristitia, cuius ratio est: quia causa delectationis est conueniens bonum, cā autem doloris, siue tristitiae, est a liquido malum repugnans. Con-

tингit autem aliquod bonum esse conueniens absq; omni dissonantia: nō autem potest esse aliquid malum totaliter absque omni conuenientia repugnans. unde delectatio potest esse integra & perfecta, tristitia autem est semper secundum partem: unde naturaliter maior est appetitus delectationis, quam fuga tristitia. Alia uero ratio est: quia bonum, quod est obiectum delectationis, per seipsum appetitur: malum autem quod est obiectum tristitia, est fugendum in quantum est priuatio boni. quod autem est per se, potius est illo quod est per accidentem: cuius est signum apparel in motibus naturalib. Nam omnis motus naturalis int̄erior est in fine, cum appropinquat ad terminum sua natura conuenientia, quā in principio, cum recedit a termino suę naturę non conuenienti, quasi natura magis tendat in id quod est sibi conueniens, quam fugiat id quod est sibi repugnans: unde & inclinatio appetitiū a virtutis per se loquendo, uehementius tendit in delectationem quam fugit tristitiam. Sed per accidentē contingit, q̄ tristitiam aliquis magis fugit, quam delectationem appetat, & hoc tripliciter. Primo quidem ex parte apprehensionis: quia ut Au. dicit 10. de* Tri. amor magis sentitur, cū eum prodit indigentia. ex indigenia autem amati procedit tristitia, qua est ex amissione alicuius boni amati, uel ex incursum alicuius mali contrarii. delectatio autem non h̄t indigentiam boni amati, sed quieticit in eo iam adepto. Cū igitur amor sit causa delectationis & tristitiae, in tanto magis fugitur tristitia, quanto magis sentitur amor ex eo, quod contrariatur amori. Secundo ex parte cause contrastantis, uel dolorem inferentis, quae repugnat bono magis amato, quam sit bonum illud, in

F quo delectamur. Magis enim amamus conuenientia corporis naturalem, quam delectationem cibi: & iō timore doloris, q̄ puenit ex flagellis, uel aliis hmōi, quae contrariantur bona conuenientia corporis, dimittimus delectationem ciborum, uel aliorum huiusmodi. Tertiō, ex parte effectus, scilicet iniquatum tristitia impedit nō unā tantū delectationē, sed oēs.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ illud quod Aug. dicit, quod dolor magis fugitur, quam uoluptas appetatur, est uerum per accidens, & non per se: & hoc patet ex eo quod subdit. Quādoque quidem etiam uidemus immanisimas beatias a maximis uoluptibus abstinerere dolorum metu, qui contrariatur uitæ, quam maximè amat.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ aliter est in motu, q̄ est ab interiori: & aliter in motu, qui est ab exteriori. Motus n. qui est ab interiori, magis tendit in id quod est conueniens, quam recedat a contrario, sicut supra dictū est de motu naturali: sed motus q̄ latet est ab extrinseco, intenditur ex ipsa contrarietate, quia unumquodque suo mō nititur ad resitēdum contrario, sicut ad conservationem sui ipsius. Vnde motus uiolentus intenditur in principio, & remittitur in fine. Motus aut̄ appetitiū partis est ab intrinseco, cum sit ab anima ad res: & ideo per se loquendo, magis appetitur delectatio, quam fugitur tristitia. sed motus sensitiū partis est ab exteriori, quasi a reb̄ ad animam, unde magis sentitur, quod est magis fugitur tristitia, quam delectatio appetatur.

AD TERTIVM dicendum, q̄ fortis non laudatur ex eo, q̄ secundum rationem non uincitura dolore, uel tristitia quacunque, sed ex ea quae consitit in periculis mortis: quae quidem tristitia magis fugitur, quam appetitur delectatio ciborum, uel uenerorum, circa quam est temperantia, sicut uita magis amatur, quam cibus uel coitus: sed temperatus magis laudatur ex hoc, quod non prosequitur delectationes tactus, quam ex hoc, quod nō fugit, tristitias contrarias, ut patet in 3.* Ethi.

I

ARTICVLVS VII.

Vtrum dolor exterior sit maior quam interior.

A D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ dolor exterior sit maior, quam dolor cordis interior. Dolor enim cordis exterior causatur ex causa repugnante bona conuenientia corporis, in quo est uita: dolor autem interior cātūr ex aliqua imaginatione mali. cum ergo uita magis ametur, quam imaginatum bonum, uidetur secundum pr̄dicta, quod dolor exterior sit maior, quam dolor interior.

¶ 2 Pr̄t. Res magis mouet, q̄ rei similitudo: sed dolor exterior puenit ex reali cōiunctione alicuiū contrarij: dolor aut̄ interior ex similitudine contrarij apprehēsa. ergo maior est dolor exterior, q̄ dolor interior. ¶ 3 Pr̄t. Causa ex effectu cognoscitur: sed dolor exterior habet fortiores effectus. facilius enim homo moritur propter dolores extiores, quam propter dolorem interiorum. ergo exterior dolor est maior, & magis fugitur, quam dolor interior.

SED CONTRA est, qd dī Ecc. 25. Oīs plaga, tristitia cordis est: & oīs malitia, neq̄ta mulieris. ergo sicut nequitia mulieris alias nequitias supat, utib⁹ itē dī, ita tristitia cordis oēm plāgā extiore excedit.

RESPON. Dicendum, q̄ dolor exterior & interior in uno conueniunt, & in duobus difficiunt. Conveniunt

^{*Circa fin. lib. tom. 3.}

niant quidem in hoc, q̄ uterque est motus appetitus & virtutis, ut * supra dictum est: sed differunt secundum illa duo, quae ad tristitia & delectationem requiruntur. secundum causam, quae est bonum vel malum coniunctum, & secundum apprehensionē. Causa doloris exterioris est malum coniunctum, quod repugnat corpori: causa autem interioris doloris est malum coniunctum, quod repugnat appetitu. Dolor est exterior sequitur apprehensionē sensus, & specialiter tactus: dolor autem interior sequitur apprehensionē interioris, uel imaginationis, uel etiam rationis. Si ergo comparatur causa interioris doloris ad causam exterioris, una per se pertinet ad appetitum, cuius est uterque dolor: alia uero paliud. Nam dolor interior est ex hoc, quod aliquid repugnat si appetitui: exterior autem dolor ex eo, quod repugnat appetitui, q̄a repugnat corpori. Sēperāt quod est per se, prius est eo quod est per aliud: vnde ex parte ista dolor interior præminent, dolori exteriori. Similiter est ex parte apprehensionis, nam apprehensio rationis & imaginationis altior est, q̄ apprehensio sensus tactus, unde simpliciter & per se loquendo, dolor interior potius est, quam dolor exterior: cuius signum est, quod etiam dolores exteriores aliquis uoluntarie suscipit, ut evitet interiorē: & in quantum non repugnat dolor exterior interiori appetitui, sit quodammodo delectabilis & iucundus interiori gaudio, quandoque tamen dolor exterior est ē interiori dolore, & tunc dolor augetur: non solum enim interior est magis quam exterior, sed et unius aliorum. Quicqđ n. est repugnā corpori, pōtē repugnā interiori appetitui: & q̄e qd apprehē dī sensu, pot apprehendi imaginatione & rōne, sed nō converterit, & ideo signanter in authoritate aduicta* dicitur: Omnis plaga, tristitia cordis est, quia etiam dolores exteriorum plagarum sub interiori cordis tristitia comprehenduntur.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ dolor interior potest etiam esse de his quae contrariantur uitæ: & sic comparatio doloris interioris ad exteriorē non est accipienda secundum diversa mala, quae sunt causa doloris, sed secundum diuersam comparationē huius cause doloris ad appetitum.

AD SECUNDVM Dicendum, quod tristitia interior non procedit ex similitudine rei apprehensa, si cut ex causa. Non n. homo tristatur interioris de ipsa similitudine apprehensa, sed de re eius, est similitudo: quae quidem res tanto perfectius apprehenditur per aliquam similitudinem, quanto similitudo est magis immaterialis & abstracta: & ideo dolor interior, per se loquendo, est maior tanquam de maiori malo existens propter hoc, quod interiori apprehensione magis cognoscitur malum.

AD TERTIVM dicendum, quod immutaciones corporales magis causantur ex dolore exteriori, quia causa doloris exterioris est corrumptus coniunctum corporaliter, quod exigit apprehensionē tactus: ut quia sensus exterior est magis corporalis & sensus interior sicut & appetitus sensitivus, quam intellectivus. & pp hoc, ut * supra dictū est, ex motu appetitus sensitivi magis corpus immutat: & similiter ex dolore exteriori magis, q̄ ex dolore interiori.

A incontinenter quatuor tristitia species assignet, quae sunt accidia, achos uel anxietas, secundū Gregor. Nyssen. misericordia, & inuidia. Tristitia enim delectatiō op̄ ponitur: sed delectationis nō afflitionis aduertere, quod id quod de ultimis speciebus tristitia dī, sic intelligo, quod cum effectus tristitia conficit in appetitu fugitiu, quando cōtingit desile refugium aliquid, constituitur anxietas uel angustia ubi deest ly,

*āx̄c
āx̄c
li.4.c.
9. & ii.10.9.*

fugitus, quando uero intantum tristitia est, quod nec appetibile aliquid ex illa relinquitur, sed folū contrarium constitutus, tunc constituitur accidia, ubi etiam deest ly, appetere uel appetitus, uel actus appetendi, non tamē tristandi actus.

Super

BT 3 Pr̄t. Omnis diuisio dēt esse per opposita: sed prædicta non habent oppositionem adiuincem. nam secundum Greg. Accidia est tristitia uocem amputans, anxietas uero est tristitia aggrauans, inuidia uero est tristitia in alienis bonis, misericordia at est tristitia in alienis malis, cōtingit autem aliquem tristari & de alienis malis, & d' alienis bonis, & simul cū hoc interius aggrauari, & exterius uocem amittere. ergo prædicta diuisio non est conueniens.

SED CONTRA est authoritas utriusque, s. Gregorii Nyssen. & Damasc.*

*Locus in ar.
1. citatis.*

CR E S P O N. Dicendū, q̄ ad rationem sp̄ei pertinet q̄ se habeat ex additione ad genus: sed generi potest aliquid addi dupliciter. Vno modo, q̄ per se ad ipsū pertinet, & uirtute continetur in ipso, sicut ratione additur animali: & talis additio facit ueras species alicuius generis, ut per Philosophum pater in 7. & 8. * Met. Aliquid uero additur generi, quasi aliquid extraneum a ratione ipsius, sicut si albū animali addatur, uel aliquid huiusmodi, & talis additio non facit ueras species generis, secundū quod communiter loquimur de generib. & specieb. Interdum tñ dicitur aliquid esse species alicuius propter hoc, q̄ ha bet aliquid extraneum, ad quod applicatur generis

Dratio, sicut carbo & flamma dicuntur esse sp̄es ignis propter applicationem naturæ ignis ad materiam alienam. Et simili modo loquendū, dicunt̄ astrologia & perspectiva sp̄es mathematicæ, inquantū principia mathematica applicantur ad materiam naturalem. Et hoc modo loquendi assignantur hic species tristitia per applicationem rationis tristitia ad aliqd extraneum, quod quidem extranum accipi potest uel ex parte causa obiecti, uel ex parte effectus. Proprium enim obiectum tristitia est proprium malū, uel extraneum obiectum tristitia accipi potest uel secundum alterum tñ, quia s. est malum, sed nō proprium, & sic ē misericordia, quae ē tristitia d' alieno malo, inquantū tñ estimatur nt proprium, uel quantum ad utrumque, quia neque est de proprio, neq. d' malo, sed de bono alieno, inquantum tamen bonū alienū estimatur ut proprium malū, & sic etiā inuidia. Proprium autem effectus tristitia constituit in quadam fuga appetitus, unde extraneum circa effectum tristitia pōt accipi quātum ad alterū tñ, quia tollit fuga, & sic ē anxietas, quae sic aggrauat animatum, ut non appareat aliqd refugium, uel alio noīc d' angustia. Si uero intantum procedat talis aggrauatio, ut ē exteriora membra immobiliter ab opere, qd pertinet ad accidiam, sic erit extraneum quātum ad utrumque, q̄a nec ē fuga, nec est in appetitu. Ideo autem specialiter accidiam dicitur uocem amputare, quia uox iter omnes exteriores motus magis exprimit

*li.8. Metap.
text. 10. &
11.10.3.*

ARTICULUS VIII.

Vtrum sint tantum quatuor species tristitia.

OMNIS sepmno artic. circa octa
uum eiusdem qua-

AD OCTAVUM sic procedi-
tur. Videtur, quod * Damaf.

QVAEST. XXXVI.

ARTIC. I. HAVO

mit interiorē cōceptū, & affectum non solum in hominibus, sed etiā in aliis animalibus, ut dī in 1. Pol. *

Cant. 1. circa med. to. 5.

A D P R I M V M ergo dicendū, q̄ delectatio causatur ex bono, quod uno modo dicitur: & ideo delectatio nis non assignantur tot species, sicut tristitia, quae causatur ex malo, quod multifariam contingit, ut dicit Dion. 4. cap. de* diuinis nominis.

A D S E C V N D V M Dicendum, quod p̄nitentia est de malo proprio, quod per se est obiectum tristitiae, unde non pertinet ad has species: zelus verò & nemesis sub iniudia continentur, ut infra * patebit.

A D T E R T I V M dicendum, quod diutio ista non sumitur secundum oppositiones specierum, sed secundum diuersitatem extrancorum, ad quam trahitur ratio tristitiae, ut dictum est.*

In corp. art.

¶ Super quatuor artifices in sexa articulum primum.

QVAESTIO XXXVI.

De causis tristitiae, seu doloris, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de causis tristitiae. Et circa hoc queruntur quatuor.

*I*n 1. art. quæstio, 36. memento doctrinæ superius data in 1. art. quæst. 8. quomodo priuationes capiuntur ut entia, & bona in ratione, eodem enim iudicio sumuntur ratione contrariae mali: sicut enim mulierem non tangere, sumire ut bonum, ita etiam sumi ut malum.

¶ Sed occurrit unum dubium non disimilandum: si bonum amissum, & malum coniunctum in re coincident, quia malum in priuatione boni consistit, & propterea in motu naturali nulla quodammodo esset hæc quæstio, ut in litera dicitur, cum in ratio ne utrumque induat rationem carnis, quæ restat inter ea differenti, ob quam malum coniunctum fortiora rationem contrariae potius, quam bonum amissum, & ob quam tristitia respicit bonum amissum sub ratione mali coniuncti, & non conuerso.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet tam amissio boni, quam malum possit habere rationem entis: apprehendi siquidem potest, & amissio mali, & malum mortis sub ratione sacrificii diuinæ &c. inter ipsa tamen in re, & in ratione hoc inter eit, quod in re, utrinque que ratio consistit in priuatione boni, ut in litera deducitur: in ratione autem ratio boni amissi consitit in prima-

I. 8. q. Dul. citi cap. 1. a med. to. 4.

q. 35. art. 4.

Cap. 7. & 9. tom. 5.

C. 12. in fin.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum causa doloris sit bonum amissum, vel malum coniunctum.

A D P R I M V M sic proceditur. Videtur, quod bonū amissum sit magis causa doloris, quā malum coniunctum. Dicit enim Aug. in lib. * de octo quæstionib. Dulcitudine, dolorē esse de amissione bonorum temporalium: eadē ergo rōne quilibet dolor ex amissione aliquius boni contingit.

¶ 2. Pr̄t. Supra dictum est, * q̄ dolor qui delectationi contraria est de eodem, de quo est delectatio: sed delectatio est de bono, sicut supra dictum est. ergo dolor est principaliter de amissione boni.

¶ 3. Pr̄t. Secundum Aug. * 14. de ciui. Dei, amor est causa tristitiae, sicut & aliarum affectionum animæ: sed obiectum amoris est bonū. ergo dolor, vel tristitia magis respicit bonum amissum, quā malum coniunctum.

¶ SED CONTRA est, quod Da. * dicit in 2. lib. q̄ expectati malū tibi rōne cōstituit: p̄n uero tristitia.

R E S P O N S. Dicendum, q̄ si hoc mō se h̄erent priuationes in apphēsione aīa, siue se h̄it in ipsi reb. ista q̄stio nullius momenti

esse uideretur. Malum. n. ut in 1. li. * habitū est, est priuatio boni: priuatio autem in rerum natura nihil est aliud, quām carentia op̄ positi habitus. Enī hoc ergo idem est triflari de bono amissio, & de malo habito: sed tristitia est mor̄ appetitus apprehensionem sequētis: in apprehensione autem ipsa priuatio h̄et rōnem cuiusdam en̄tis: vnde dicitur ens rōnī: & sic malum cum sit priuatio, se habet per modum contrarii. Et iō quantum ad motum appetituum, differt, utrum respicit priuitalius malum coniunctum, vel bonum amissum. Et quia motus appetitus animalis hoc modo se habet in operibus anima, sicut motus naturalis in rebus naturalibus, ex consideratione naturalium motuum veritas accipi p̄t. Si n. accipiamus in motib. naturalib. acceſſum & recessum, accessus per se respicit id quod est conueniens naturæ, recessus aut̄ per se respicit id, q̄ est contraria: sicut graue per se recedit a loco superiori, accedit aut̄ naturaliter ad locum inferiorē. Sed si accipiamus cām utriusque motus, s. grauitatem, ipsa grauitas per se respicit ad locum deorsum, q̄ retrahat a loco sursum, a quo recedit ut deorsum tendat. Sic igit̄ cūm tristitia in moribus appetitūs se habeat p̄ modum fugæ, vel recessus, delectatio autem per modum prosecutionis, vel accessus, sic delectatio per prius respicit bonum adeptum, quasi proprium obiectum, ita tristitia respicit malum coniunctum: sed causa delectationis & tristitiae. f. amor, per prius respicit bonum, q̄ malum. Sic ergo eo mō, quo obiectū est cā passionis, magis proprie est cā tristitiae, vel doloris, malum cōiunctum, quām bonū amissum.

A D S E C V N D V M ergo dicēdī, quod ipsa amissio boni apprehe ditur sub ratione mali, sicut & amissio mali apprehe ditur sub ratione boni: & ideo Aug. dicit dolorem prouenire ex amissione temporalium bonorum.

A D S E C V N D V M Dicendum, quod delectatio, & dolor ei contrarii respiciunt idem, sed sub contraria ratione: nam si delectatio est de presentia alii, tristitia est de absentia eiusdem. In uno autem contrariorū includitur priuatio alterius, ut patet in 10. Metaph. * & inde est, quod tristitia, quæ est de cōtrario, est quodammodo de eodem sub contraria ratione.

A D T E R T I V M Dicendum, quod quando ex una causa proueniunt multi motus, non oportet quod omnes principalius respiciant illud, quod principalius respicit eam, sed primus tantum: unusquisque autem aliorum principalius respicit illud, quod est ei conueniens secundum propriam rationem.

ARTI-